



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Cap. 11. De præsentia sanctissimi sacramenti per diem habenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

ac crescat saltem eò magis desiderium illius; ut non pa-  
 ti maiori me afficiat tormento, quam ipsum pati, & non  
 mori sit mihi mors dura & crudelis. Proceptor nihil  
 ominùs, dulcissime Jesu, quod nec velim, nec appetam,  
 neque alium desiderè amorem, quam tuum; neque ali-  
 as diuitias, quam paupertatem tuam: nec alios hono-  
 res, quam ignominias & opprobria tua: neque confor-  
 tiones alias, quam pœnas & dolores tuos. Caput meum,  
 veluti tuum, spinis coronatum desidero, oculos velatos,  
 faciem sputis & alapis oppletam, os felle & aceto potu-  
 tum: desidero manus pedesque clavis confixos, totum  
 corpus flagellatum, excruciatum, duro Crucis ligno af-  
 fixum: animam meam ad imitationem tuam sepeliri in  
 mari quodam amarissimo omnis tædii, timoris, doloris  
 & tristitiæ: & denique *si nunc satiabor, cum afflitus fu-  
 ero ad similitudinem tuam; tùm in altera vita contentus  
 ero gaudendo ac fruendo Diuinitate tuâ: ast nunc in  
 hac vita patiendo & compatiendo cum Humanitate  
 tua. Et hæc sufficiant de praxi Communionis spiritualis.*

## Cap. XI.

### *De Præsentia sanctissimi Sacramenti per diem habenda.*

**P**anis vitæ, Christus duobus modis, secundum D. Au-  
 gustinum, præsens obtineri potest: in throno Gloriæ  
 & in throno Sacramenti. Prima præsentia perfectissima  
 est, & Angelis propria: secunda est imperfecta, & pro-  
 pria nobis. Nottra igitur, tanquam imperfecta, quæ  
 tum fieri potest, imitari debet illam Angelorum per-  
 fectissimam: & de hac imitatione, uti & de modo eam  
 exercendi agemus in præsentem.

*Rupert. 12.  
 Exod. c. 3.  
 Job. 10.*

Prima conditio præsentia Angelorum est, quod sit  
 continua: siquidem omne bonum in Deo reperitur, &  
 nullum extra ipsum. Undè benè dixit Rupertus Abbas  
*Hic Panis (Diuinæ Essentiæ) visus & vita est substantia*

*in Angelica, & omne bonum est, & pulchrum Angelorū,*  
*quemadmodum est omne bonum & pulchrum Dei. Si. Zach. c. 9.*  
 in contemplatione oportet, continua sit in nobis, quantum  
 possibile est, præsentia sanctissimi Sacramenti, habendo  
 illud semper præsens aut *in re*, aut *in voto*, mediante Cō-  
 munionione Sacramentali, vel spirituali: enim erò totū bo-  
 num tuum, anima mea, est in hoc Divinissimo Sacramē-  
 to, & extra illud nullum aliud reperis bonum: quia in  
 Corpore suo Deus confarcinavit omnes Divinitatis sug-  
 gillatos, ad eò, ut aliud non super sit medium, nec sit a-  
 via, inquit S. Augustin. participandi gratias Dei, nisi  
 mediante Carne & Corpore ipsiusmet Dei. Quapropter *S. August.*  
 perconsult: *Si vis vivere de Spiritu Christi, esto in tract. 26. in*  
*Corpore Christi.* Vnde de sanctissimo Sacramento yeti. Ioan.  
 dicitur potest illud Isaïæ: *Non est absque te Deus. Quia Isa. c. 45.*  
 non nisi in sanctissimo Sacramento Deus reperitur per  
 participationem donorum suorum Divinorum. *Non*  
*transiit aliquem perfecti perfectione Hierarchica nisi per*  
*sanctissimum Sacramentum. S. Dionys.*

Secunda conditio est, quod sit præsentia intima;  
 ut *invisibilis sit Angelus etiam profunda Dei*, in perfe-  
 ctissima & clara visione Essentiæ Dei, attributorum eius in-  
 dividualium, Divinarumque Personarum. Adeundem  
 modum intima ac profunda esse debet præsentia sanctis-  
 simi Sacramenti: ut non persistas in visione specierum  
 Sacramentalium, sed ab hisce transeas ad Corpus Chri-  
 sti, à Corpore ad Animam, ab Anima ad Divinitatem, &  
 à Divinitate ad Trinitatem Personarum, quæ ibidem  
 existunt *per naturalem sequelam*, tamen si diverso modo:  
 Persona Verbi immediate, tanquam suppositū Corporis  
 & Sanguinis Christi; aliæ vero Personæ mediante Di-  
 vinitate. Præterea in Corpore, purgabis, ac mundabis te  
 in mari preciosissimi sui Sanguinis: in Anima, te illumi-  
 nabis in Lumine celestium suarum virtutum (& in particu-  
 lari in virtute Patientiæ). In Divinitate, te perficies, in  
 igne Charitatis & Amoris Dei, sanctissimæque Tri-  
 unitatis. Quapropter contempleris Christum in sanctis-  
 simo Sacramento, veluti Templum cœleste, ubi Corpus *Exod. c. 25.*  
 sanctissimum.

Exod. 6.30.

sanctissimum est Atrium, in quo est *labrum aneu* pi  
delicet, concha Sanguinis, ad lauandum: Anima est Sin-  
tuarium, in quo est *candelabrum* cum septem Luceis  
septem Donorum Spiritus sancti ad illuminandum: &  
Diuinitas est *Sancta Sanctorum*, vbi asserua: vt mona  
coelestis dulcedinis & consolationis ad Desiderium.  
Hic in locis, anima mea, tibi commemorandum est, in A-  
trio, in Sanctuario, in Sanctis Sanctorum; in virtute, in  
Corpore, in Anima, & in Diuinitate Christi, vt in  
igne Diuinitatis; ibique exercebis te in contritione pec-  
catorum tuorum; in Patientia Christi, & in Charitate  
Dei. Verum principalis habitatio tua statuenda est

Caythuf.  
tom de  
sanctis. Sa-  
gram. art. 7.

in Diuinitate; vt enim recte asserit Caythufianus, *San-*  
*poratio est propter inordinationem*: nimirum in sanctissimo  
Sacramento, vnio corporalis est propter vnionem spiri-  
tualem inter Diuinitatem & animam, consistente in me-  
diante gratia: vbi intellectus cibatur prima veritate, ve-  
luntas summa bonitate, tanquam proprio cibo.

Tertia conditio presentiae Dei in Angelis est, quod sit  
praesentia amorosa seu affectuosa: sicut enim sunt lab-  
stantiae purae intellectiuae; ita pura affectiuae, vnio af-  
fectus, vnus amoris erga Deum Deum solum.

Eo modo debet esse constituta praesentia sanctissimi  
Sacramenti. E duobus amor vnus, aut Christi, aut per-  
cat: tibi eligendus est, anima mea. Pondera aqua tunc  
nis lance, quis e duobus saluti tuae magis conducere  
expediat. Quid est Deus? Est quoddam infinitum  
aeternum gaudium per essentiam. Ergo amandum  
um; eris aliquod infinitum & aeternum gaudium per  
ticipationem. Quod est peccatum? Est infinita que-  
dam, aeternaque tristitia: ergo &c. Amor hic erga  
etissimum Sacramentum non debet esse affectiua  
taxat; verum etiam effectiua & efficax, non tantum  
sed etiam linguam & manum conferendo in seruatum  
obsequium, ac debitam sanctissimi Sacramenti vener-  
tionem, linguam illud semper laudando ac benedicen-  
bus variis orationibus iaculatoriis sequen-  
similibusque; Laudetur semper sanctissimum Sacra-  
mentum: Benedictum sit semper sanctissimum Sacra-  
mentum, & laudabile & gloriosum in saecula. Credo  
spem

Credo, spero, & amo sanctissimum Sacramentum. Panis  
quia vivificame. Pignus aeternae Gloriae salua me. Omne  
bonum, absorbe me. Fac me verè credere in te, vt in alia  
vna videam te in secula saeculorum Amen. Et tempore  
tentationis vtilissima & praesens oratio, qua vtitur S.M.  
Ecclesia in officio: O salutaris hostia, Quae caeli pandis  
ostium, Bella premunt hostilia, Da robur, ser auxilium. Et  
haec pro imitatione praesentiae Angelorum in Deo dicta  
sufficiant.

Pro coronide exercitii huius, compositionem loci  
praesentiae istius hanc coofficies norma. Sanctissimam  
imaginaberis tibi Virginem, caelesti vndique Gloriae ad-  
ornatam, quae sacratis manibus suis sacram teneat sphae-  
ram, sanctissimum Sacramentum comprehendentem:  
& supra hanc sanctissimam Trinitatem Patrem, Filium,  
& Spiritum Sanctum infinitam quaedam Angelorum ca-  
terum circumdatos. Ausculturabis verba Virginis nos inui-  
tantis ac dicentis: Venite, comedite panem meum, & bi-  
bite vinum, quod miscui vobis. Suavem audies musicam  
Angelorum concinnantium: Verè tu es Deus abscondi-  
tus, Deus Israel Saluator. Inclinabis te ad vocem Patris:  
Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.  
Reverberis praesentiam Spiritus sancti, qui Gratiae suae  
plenitudine rehdet in sanctissimo Sacramento, veluti in  
proprio virtutis suae opere. Admiraberis Caelum, Ter-  
ram, & creaturas omnes, singulas in propria lingua iu-  
billantes & exultantes in praesentia sanctissimi Sacramen-  
ti, Diuinam deprecando Maiestatem in hoc opere,  
tanquam in ultimo infinitae Potentiae, Sapientiae, & Boni-  
tatis in termino constitutam. Solus Daemon cum suis  
assectis exclusus remanet ab hoc debito seruitutis & lau-  
dationis officio, quod quia facere contempsit Angelus;  
cecidit & factus est Diabolus, qui & huius Danu sempiter-  
nam patitur inedia. Abscedat vanitas, accedat Diuini-  
tas, transformet Charitas, & sicut totus Diuinus. Glorifi-  
cando illud etiam opera manuum, omnia faciendo  
ad honorem & gloriam sanctissimi  
Sacramenti.

Rupertus  
Abbas  
Exod. 10 13  
S. Bonan.

